

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersacio at  
cum fonte primo

Salutare est  
non conuersari dissimilibus et diuersa cupientibus.

Turba etsi

non mutat te,  
impedit tamen;  
multum autem nocet etiam qui moratur.

In uicia alter alterum trudemus; quomodo autem  
reuocari possunt ad salutem quos nemo retinet,  
populus impellit?

Seneca XXXII. epistola.

Hoc est salutare,  
non conuersari dissimilibus et diuersa cupientibus.  
Habeo quidem fiduciam non posse te detorqueri  
mansurumque in proposito,  
etiam si sollicitantium turba  
circumeat. Quid ergo est?  
non timeo ne mutant te,  
timeo ne impediant.  
Multum autem nocet etiam qui moratur,  
utique in tanta breuitate vitae,  
quam breuiorem inconstantia facimus,  
aliud eius subinde atque aliud facientes initium;  
diducimus illam in particulas ac lancinamus.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae  
morales*, 32, 2 (L. Reynolds ed., vol.1, p.92, ll.10-18).

Sed hanc difficilem facit communis insania:  
in uicia alter alterum trudemus. Quomodo autem  
reuocari ad salutem possunt quos nemo retinet,  
populus impellit?

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae  
morales*, 41, 8 (L. Reynolds ed., vol.1, p.110, ll.11-  
14).